missa omnia et singula mediante. 515.

Jaworska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Anna Jaworska, olim Nobilis Joannis Jaworski Kosaczowicz, cum Nobili Anna Hoszowska Consorte eius legitima procreata filia, Nobilis vero Joannis Jaworski Horoszkowicz Consors legitima sana mente et corpore existens à Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu recognouit. Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et maternis totaliter et plenarie Satisfactum est. Ob quam Satisfactionem dotisq et Expeditionis plenariam et Sufficientem Satisfactionem permanq fratrum suorum eisdem bonis paternis et maternis se Recognitem in Vim dotis et Expeditionis legitime concernen abdicat, abrenuntiat, et resignat. Ita sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Mankowski et Konopacka mutuo sese Quietant.